407.

# Sedes Heidelberg.

## Wisseloch.

Ecclesia Parochialis. S. Laurentius Patronus.
Praepositus Lautrissensis confert. ibidem
à dextris Altare B. virginis Mariae, confirmata
primissaria, habet Domum et residentem.
Idem praefatus confert. Ibidem ante chorum
altare S. Georgij, confirmatum, habet Domum
et residentem. armigeri de Hipperg conferunt.
Ibidem à Sinistris altare S. Catharinae confirmatum,
habet Domum et residentem. praepositus praefatus
confert. Ibid. Altare S. Odiliae consecratum tantum.
Ibid. in Sacristiâ altare S. Bartholomaei et Andreae,
consecratum tantum. Ibidem in castro Capella
S. Joannis Baptistae, confirmatum beneficium.
habet Domum et residentem. Dux Otto confert.
Ibidem in oppido in curiâ armigeri de Hipperg
altare S. Joannis Baptistae consecratum tantum.
Sex jurati.
Commissarius serio suscipitur ℔. viij. et tot eis
in dote, et procuratores Sanctorum portabunt duos
manipulos luminum in longitudine cubili, et habebunt
expensas. Equi habebunt pabulum à terrâ usque
ad pectoralia, et tractabunt honestè. mane similiter
et possunt interesse Plebanus, aedituus, Scultetus,
Scabini, et procuratores Sanctorum. Major decima
facit expensas. Sed dicunt quod ex ~~pte~~ parte
Ducis Ottonis non sit observatum, qui habet
tertiam partem Decimae majoris, sed per Commissa=
=rios fuit soluta tertia pars expensarum, et
sunt 27. alb. 2. d. et si fuerit absens juratus v. Scabinus
dat in poenam 1. ℔. cerae Commissario. si verò aliqui
de